

propomodum verbis; & argumentis asseruit, quibus Armacanus.

Lutherus * enim in articulo sexto de quadraginta & uno, quos Leo decimus in Bulla sua damnavit; affirmat istud: *Contritio, que paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine anima sua, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, seditionem, amissionem aeterna beatitudinis, ac aeterna damnationis acquisitionem; hac contritio facit hypocritam; immo magis peccatorem.* Quem articulum ab Leone, uti dixi, notatum anathemate, Lutherus in eo libro propugnans, qui *Affertio articulorum Martini Lutheri per Bullam Leonis X. damnatorum*, inscribitur, prorsus idem, quod Armacanus, docet: ut hic ex illo quae scripsit hausisse videatur. Sic enim scribit Lutherus: * *Primum hoc nemo negabit, Contritionem quantumlibet magnam, nisi fiat amore justitiae, & ut ipsius dicunt, in caritate Dei, non est vera, sed simulata. Omnia enim, quae extra caritatem sunt, nihil, vana, & falsa sunt, ut I. Corin. 13. docet Paulus, quia non sunt ex voto corde, &c. At contritio per peccatorum collectionem parata, sine amore Dei, et justitiae, hoc est sine corde, conterit: de hac enim locutus sum. Quare necessarium sequitur, ut faciat hypocritam: qui nec volenter, nec amanter conteritur in corde suo. Tum alteram partem, quod ea contritio faciat magis peccatorem, latius demonstrare pergit, iisdem, ut dixi, quibus Armacanus, rationibus, ut postea videbimus.*

VII. NULLA re igitur ab Lutherana haeresi distat Armacanonum opinio; ac pari utramque sententia Leonis decimi, & Tridentini postea Concilii decreta damnantur. Siquidem ambe timorem gehennae, & contritionem illo solo animatam, & accensam respuunt; & peccati loco habent: ac nisi ex caritate, id est amore justitiae proficiatur, non solum ad emendam veniam nihil in Sacramento conferre, sed novo etiam implicare delicto statuunt. Conferantur cum superioribus Lutheri verbis, quae Armacanonum princeps eadem de re scriptis prodidit. Hic enim ex Augustino pronuntiat, nullum esse bonum, quamdiu sit formidine paena, non amore justitiae. Ipsa quippe justitia, quae in precepto bene vivendi, sive affirmativo, sive negativo elucet, sincere diligenda est, ut esse possit opus bonum. Qui autem justitiam dilexerit, nihil aliud diligit, nisi verum Deum. Sic in illud incurrit Armacanus, quod in Luthero damnatum est; metum illum gehennae, & dolorem ex eo susceptum, qui non oritur ex amore Dei ac justitiae, non esse opus bonum: adeoque malum esse opus, ac peccatum. siquidem nullum dari medium inter caritatem, & culpabilem cupiditatem, ejusdem principis sectae illius est statum.

Hujusmodi porro, qualis hodie est Armacanonum, Lutheri opinionem fuisse, & ab Leone X, ac tota Ecclesia pro haeretica damnata & proscriptam; fidem faciunt, praeter illa, quae dixi; Theologicarum, ut vocant, facultatum variis in locis edita iudicia atque decreta: velut Parisiensium, ac Lovanienfium: tum viritum ab singulis praestanti doctrina & sanctitate praeditis, scripti de hac re contra Lutherum libri. Inter quos memorandus imprimis est Joannes Fischerus Rossensis in Anglia Episcopus, & Martyr, qui adversus Lutheri articulos ab Leone damnatos luculentum opus elaboravit; in quo & Lutheri dogma de contritione ex metu gehennae, quod Armacani modo recoquunt, uberrime confutat; & eandem, quam nos hic tuemur, sententiam, tamquam oppositum errori illi Catholicae fidei decretum, explicat, & affirmat.

CAPUT VIII.

1. De Penitentia ex metu gehennae suscepta, Armacanonum error, quo ita bonam illam esse fateri videntur, ut tamen non sit ex Christi gratia. 3. De metu gehennae, Augustini sententia in speciem contraria: ac primum ea commemorantur, quae illum commendare videntur. 6. Tum quae damnare. 7. Quadruplex in universum timor a S. Thoma constituitur. 8. Triplex ab aliis. Eiusdem causa duplex. 9. De illo timore apud Augustinum observanda duo. Primum, loqui ipsam de eo timore, qui ex natura ortus cum affectu peccandi coniungitur, cum eum condemnat. 12. Alterum observandum de duplici gratia vultu, & perfectiore. Hinc Armacanonum fucus detegitur.

* Luth. To. 2. fol. 106. pag. a.

* Ibidem.

I. QUANTUS sit in Armacanis affectus animi, quamque volubilis & inconstans illorum opinio, cum de timore gehennae, ex eoque suscepta penitentia disputant; puto qui antecedens capit legerit, ignorare posse neminem. Nunc eorum summam flagitia colligam, ac quantopere se seipsos, & a Catholica fide dissentiant, hoc capite monstrabo.

Ex his maxime est illud absolum, & ἀβολόγητον, quod metum eundem gehennae utilem, ac bonum fatentur, & a Deo ac Spiritu sancto in hominibus effici, non tamen ex Christi gratia; sed ex quadam Dei providentia, quae naturae limites nequaquam excedit. Quod sine dubio Pelagianam sapit haeresim. Nam nullus omnino motus animi, quo ad justitiam capiendam preparantur homines, aliunde est, quam ex Christi meritis & gratia, initio ab ipsa vocatione sumpto: uti Tridentina docet Synodus: cuius haec verba sunt in capite quinto Sessionis sextae. *Declarat, inquit, praeterea justificationis exordium in adultis a Dei per Christum Jesum praeviniente gratia sumendum esse: hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocatur. Tum capite sequenti, particulatim explicat, cuiusmodi justificationis sit exordium illud; quam dispositionem vocat ad justitiam; ac varias animi permotiones enumerat; inter quas divinae justitiae timorem post fidem recenset. Hanc igitur timorem per Christum Jesum, & ex eius meritis & gratia sic existere, & in nobis oriri vult; uti fidem, & alia gratiae auxilia, quae etsi perfectissimo in gratiae genere minimè censentur; quia nondum peccati labem, ac statum eximunt, sed cum eo consistunt; pertinent tamen ad eam gratiam, quam contra Pelagianos, & eorum praesertim reliquias tota contentione defendit, & Christi meritis vindicat Augustinus. Vide caput secundum & tertium libri huius, ne eadem hic repetere necesse habeam.*

II. QUOEREA non haereticum solum est, sed etiam qualicumque Theologo penitus indignum Armacanonum dogma, quo asserunt, timorem gehennae, quo ad justificationem preparantur animi, & qui a Deo, ac Spiritu sancto communicatur, non ex Christi gratia proficisci; sed noni cuiusdam, & Christianis auribus inusitati esse generis.

Sed hac titubantis sectae, nec liberè sensum suum expromittis, ac cause diffidentis inconstantia, levitateque omittis, eam decretorum ipsius partem persequemur, quae momenti majoris est; quaeque penitus infedisse illius videntur. Nemo quippe est adeo parum intelligens, quin ea ipsa, quae de metu gehennae commode ab Armacano dicta memoravimus, non bona fide, nec ex animi prolata sententia; sed in gratias extorta, & servili quodam timore damnationis expressa cognorit. Contra verò quae adversus eundem illum metum Lutheri consentanea haeresi multis capitibus exposuit; ea serio ac lubenti animo, & ut intus habebat, ab eodem concepta, scriptisque prodita fuisse.

Itaque contra hanc pestilentem, & haereticam labem, propugnanda nobis est Catholici decreti veritas Tridentini canonis auctoritate sancita; prorsusque illud adstruendum; timorem gehennae, qui nondum ex vera caritate proficiscitur, malum non esse, nec peccati macula suffusum; sed ad promerendam veniam, ac justitiam, congruentis habere vim meriti: eundem porro cum Sacramento Penitentiae conjugium, ad perfectam cum Deo in eandem gratiam idoneae preparationis instar esse.

Duo hic sunt, ut appareat, disputationis huius reliqua: quorum in priore demonstrandum est, ex Augustini praesertim sententia, bonum esse, nec turpificatum vitio aliquo mentis hunc affectum, quo vitandi sempiterni supplicii gratia laudabile aliquid capeffimus, aut a peccato desitimus. In posteriore verò, explicare illud oportet, ex Tridentinae Synodi placitis, eundem illum animi motum, ac doloris sensum, qui ex timore istiusmodi capitur, idoneam esse preparationem ad emendam peccatorum veniam, si ad eum Penitentiae Sacramentum accesserit.

III. UT a priore ordiar, Augustini de timore isto sententiam brevi hac praescriptione complectar, in qua enodanda, & enucleanda tota consequens disputatio versabitur. Illum igitur assero de affectu isto, qui propositurum a Deo penarum metu nos in officio continet, atque ob admiffa delicta sensum doloris affert, sic interdum loquitur, ut bonum utilemque esse declaret; nequidum

LIBER II, CAP. VIII. dum ut novum esse peccatum existimet: alias verò cum peccandi voluntate conjungim, adeoque malum eundem videri dicere. Quae decretorum ἐναντιοφάνας, ne ad vituperationem tanti Doctoris, & invidiam trahatur; danda nobis est opera, ut apta quodam interpretatione pacari, & cum Catholico dogmate conciliari possit. Hoc verò cum a plerisque tentatum, nec sine approbatione perfectum fuerit, esset profectò cur Armacanos miraremur rem adeo pervagatam, nec indignam scitu vel ignorare, vel silentio premere potuiss. Sed eorum in ceteris perspecta dissimulatio, eò usque progressum habuit, ut illis propomodum similitum flagitiorum impunitatem; nobis verò mirandi cessationem attulerit. Quamobrem his tantisper sepositis, pauca ex Augustino sententias in utramque partem feligam, quibus timorem gehennae commendare alias & probare; alias infamare, eique peccati notam videtur inurere.

In enarratione * Psalmi xxviii, duplicem timorem explicat; unum, qui nondum est castus, quo gehennae timetur, unde terruit & Dominus, eum scilicet futura supplicia comminatus est. *Adiungit, inquit, haec homines; & quia verè futura sunt impiis, timent, & continent se à peccato. Timent quidem; sed non amant justitiam. Cum autem per timorem continent se à peccato, fit consuetudo justitiae, & incipit quod durum erat amari, & dulcescit Deus: & jam incipit homo justè vivere, propterea non quia timet paenas; sed quia amat aeternitatem. Exclausus est ergo timor à caritate, sed successit timor castus. Tum de eodem illo non casto timore; Non times, inquit, ne perdas amplexus pulcherrimos sponsi, sed times ne minatur in gehennam. Bonus est & iste timor, utilis est. Habes hic bonum & utilem esse timorem illum.*

IV. RURSUS in Sermone xviii de verbis Apostoli, de eodem timore agens, quo metu gehennae continent se à peccatis homines, non amore justitiae, inter alia sic scribit; * *Modò cum dicitur mihi, Gehennam timeo, ardere timere eos, qui corpus occidunt, sed timere ne minatur in gehennam. Bonus est & iste timor, utilis est. Habes hic bonum & utilem esse timorem illum.* Item Serm. xv de verbis Apost. cap. vi multa disserit ad eandem sententiam: ut inter alia; *Qui timore, inquit, paena non concupiscit, puto quia concupiscit, &c. Quid magnum est paenam timere? Quis eam non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefarius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timoremque latronis, quod latro timet leges hominum: tu autem legem ejus times, ejus paenam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses? Ergo & concupiscitiam tuam non amor tollit, sed timor premit. Ad ovile venit lupus; latratu canum, & clamore pastorum ab ovili reversus est lupus. Ipse tamen semper reversus est lupus.*

Innumera sunt aptid Augustinum loca generis ejusdem, quae ab Armacanis ludiosè conquisita sunt: ut minimè sit necesse plura hoc loco describere.

VII. QUAMOBREM cum se ita res habeat, uti timor gehennae nonnumquam bonus & utilis, ac saluberrimus ab Augustino censetur; interdum verò malus ac vitiosus, & cum peccato interiore conjungitur: evidens est, nec omnem istiusmodi affectum animi vituperandum esse; nec omnem promiscuè laudandum: sed distinctione illic opus esse; quam quidem ex Theologorum sententia facile constituemus; postquam de illius timoris proprietate ac natura confiterit.

* Quadruplex auctore S. Thoma, universè discernendus est timor. Unus est mundanus, quo ad temporalia vitanda mala Deum offendimus: secundus servilis, quo paena metu à peccato deterremur: tertius filialis, qui culpa ipsius metu, & ex Dei amore peccatum cavet: quartus ex utroque temperatus servilis & filialis, initialis ab illo nominatur. Post haec in articulo quarto quaestionis ejusdem, quaerit utrum servilis timor sit bonus. Ac respondet, in timore isto discernenda esse duo: aliud enim esse timorem ipsum per se consideratum; aliud annexam ei servilitatem, ut ipse loquitur. Hanc autem in eo constituit, quod paenam respiciat, eamque cavere studeat, tamquam ultimum malorum: quatenus bonum huic oppositum, hoc est incolumentum suam, summi & ultimi boni instar habet: nec ad Deum ullo modo refert. Hic enim fervorem utilitatem, & improborum affectus est; qui diligenter cavent, ne contra herile mandatum aliquid committant, non heri ipsius causa, quem minimè curant: sed sui ipsorum gratia, ne malo afficiantur. Qui ergo sic erga Deum comparatus est, ut peccatum declinet, aut de eo admiffio doleat ob hoc unum, ne malum sibi consciscat, vel quòd eo perpetrato paenam commiserit; ita ut in eo, tamquam sine ultimo, conquefcat: quod tunc accidit, cum peccare vult, & contra mandatum facere, si impune possit: qui sic, inquam, habet in voluntate, ac proposito

* Tomo 8. pag. 106. D. 8. l. 12.

* Aug. ser. 18. de ter. l. 1. c. 8.

* To. 9. pag. 445. c.

* Ibid. pag. 461. b. 1.

* Ibid. c. 2.

intrat, sed nisi exeat, non succedit linum. Sic timor primò occupat mentem: non autem ibi remanet timor, quia idèd intravit, ut introduceret caritatem.

Sunt & alia quamplurima ejusdem Augustini testimonia, quae gehennae metum illum bonum, utilem, & saluberrimum esse confirmant: tamen non ex caritate, id est amore justitiae profectus sit, sed eam antecedit: cuiusmodi non pauca describuntur ab Armacanis.

At idem alias Augustinus, timorem illum non sine peccato esse significat; prorsus ut damnare videatur. In libro de spiritu, & littera, capite octavo: *Quicumque faciebant* (inquit) *quod lex jubebat, non adjuvante spiritu gratiae, timore paena faciebant, non amore justitiae: ac per hoc coram Deo non erat in voluntate, quod coram hominibus apparebat in opere: potiusque ex illo rei tenebantur, quòd eos moverat Deus male, si fieri posset, impune committere.* Hic illum mentis affectum, quo vitandi supplicii gratia officium facimus, nihil praeter speciem habere, neque Deo probari, videtur asserere; tamquam verum sit, quod de eo jactabat Lutherus, contritionem hujusmodi, quae non ex caritate oritur, minimè veram esse, sed simulatam. Sic in capite decimo quarto libri ejusdem, sub finem: *Quod mandatum, ait, si sit timore paena, non amore justitiae, serviliter fit, non liberalliter: & idèd nec fit. Non enim fructus est bonus, qui de caritatis radice non surgit.*

Et libro de Natura & Gratia, capite xvii, *Sub lege est, inquit, qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore justitiae, se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber, nec alienus à voluntate peccandi. In ipsa enim voluntate reus est, quia malum si fieri posset, non esse quod timeat, ut libera faciat, quod occultè desiderat.*

Item Serm. xv de verbis Apost. cap. vi multa disserit ad eandem sententiam: ut inter alia; *Qui timore, inquit, paena non concupiscit, puto quia concupiscit, &c. Quid magnum est paenam timere? Quis eam non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefarius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timoremque latronis, quod latro timet leges hominum: tu autem legem ejus times, ejus paenam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses? Ergo & concupiscitiam tuam non amor tollit, sed timor premit. Ad ovile venit lupus; latratu canum, & clamore pastorum ab ovili reversus est lupus. Ipse tamen semper reversus est lupus.*

Innumera sunt aptid Augustinum loca generis ejusdem, quae ab Armacanis ludiosè conquisita sunt: ut minimè sit necesse plura hoc loco describere.

VII. QUAMOBREM cum se ita res habeat, uti timor gehennae nonnumquam bonus & utilis, ac saluberrimus ab Augustino censetur; interdum verò malus ac vitiosus, & cum peccato interiore conjungitur: evidens est, nec omnem istiusmodi affectum animi vituperandum esse; nec omnem promiscuè laudandum: sed distinctione illic opus esse; quam quidem ex Theologorum sententia facile constituemus; postquam de illius timoris proprietate ac natura confiterit.

* Quadruplex auctore S. Thoma, universè discernendus est timor. Unus est mundanus, quo ad temporalia vitanda mala Deum offendimus: secundus servilis, quo paena metu à peccato deterremur: tertius filialis, qui culpa ipsius metu, & ex Dei amore peccatum cavet: quartus ex utroque temperatus servilis & filialis, initialis ab illo nominatur. Post haec in articulo quarto quaestionis ejusdem, quaerit utrum servilis timor sit bonus. Ac respondet, in timore isto discernenda esse duo: aliud enim esse timorem ipsum per se consideratum; aliud annexam ei servilitatem, ut ipse loquitur. Hanc autem in eo constituit, quod paenam respiciat, eamque cavere studeat, tamquam ultimum malorum: quatenus bonum huic oppositum, hoc est incolumentum suam, summi & ultimi boni instar habet: nec ad Deum ullo modo refert. Hic enim fervorem utilitatem, & improborum affectus est; qui diligenter cavent, ne contra herile mandatum aliquid committant, non heri ipsius causa, quem minimè curant: sed sui ipsorum gratia, ne malo afficiantur. Qui ergo sic erga Deum comparatus est, ut peccatum declinet, aut de eo admiffio doleat ob hoc unum, ne malum sibi consciscat, vel quòd eo perpetrato paenam commiserit; ita ut in eo, tamquam sine ultimo, conquefcat: quod tunc accidit, cum peccare vult, & contra mandatum facere, si impune possit: qui sic, inquam, habet in voluntate, ac proposito

* S. Tho. in 2. 2. qu. 19. art. 2.

fito animi, Deum iste serviliter timet; estque malus, & vitiosus hic timor, ex sancti Doctoris sententia. Qui hoc addit: Servilitatem non esse de ratione timoris servilis, sicut nec infirmitas ad speciem fidei infirmis. Quocirca timor servilis, quia servilis, malus ab illo constituitur: eo quod servilitas est ipsa mala: at vero pena timor in se, nec servilitate infectus ista, bonus est. Quod paucis ita demum complectitur: Timor servilis, inquit, secundum substantiam suam bonus est: sed servilitas ejus est mala.

* Ita Val. To. 4. Disp. 7. quaest. 2. punct. 3.

VIII. ALII non multum abhorrentes, & iisdem principis innixi paulo illud planius, & facilius explicant. * Triplicem ex metu penarum de peccatis dolendi modum discernunt: quorum primus est, cum pro summo, & ultimo sine, illam a pena liberationem propositam habet. Secundus cum eadem impunitatem respicit, tamquam conditionem, sine qua non illi peccasse doleret. Tertius cum neutro modo afficitur, sed in penas committitur simpliciter intentus, ob id dolore isto peccati sui contrahitur, quod illis luendis obnoxius est, nec in delicto perseverandi interim voluntatem retinet. Horum generum trium priora duo perspicue vitiosa sunt, & cum peccato aliquo conjuncta. Tertium etsi nondum venit ad perfectum, citra criminis est notam, ac reprehensionem.

* Act. 24. 16.

Atque ut in rem propositam altius descendamus, animadvertendum est, hunc ipsius timoris affectum duabus ex causis proficisci. Aut enim ex natura ipsa, & humane vi & captu rationis oritur. Quemadmodum

Prior nihil ad salutem consequendam, neque ad preparandam voluntatem, obtinendamque justitiam proprie confert, nisi ex accidenti, & extrinsecus. Sicut qui ruentem in flagitium hominem violenter retinet, & a male agendo cohibet, potest illi mutandi animi, ac respiciendi causam praeberere: per se vero peccandi voluntatem non eripit; quamvis praesentis supplicii metu propositum, efficere hoc potest, ut actionis perpetranda male consilium deponat, quamdiu imminente illo terrore percellitur. Quo amoto, & impunitate oblata, nisi aliud obstat, quamprimum ad ingenium redibit.

At posterior metus, qui ex instinctu Spiritus sancti, Christi gratia nascitur, nullam in se, hoc est in substantia, ut vocant, sua, peccandi voluntatem includit: tametsi cum peccato, quod habituale nominant, adhuc cohaereat. Est enim non proxima, sed remota, quod dici solet, ad gratiam, veniamque percipiendam peccatoris dispositio.

Non esse malum, neque peccati inquinatum macula timorem hujusmodi, si ut in se est, interiusque spectetur: satis ex eo convincitur, quod a gratia, & auctore sancto Spiritu manasse illum ponimus. Quod vero tale est, pravum, ac vitiosum esse nequit: ne in Deum ipsum, quod dicit nefas est, vitiositas illa redundet; sique male agendi voluntatem inspirasse videatur.

IX. HIS velut fundamentis positis, duo sunt illi solerter intuenda, qui & Augustini mentem capere, & Armacanorum fraudes, atque insidias cavere; & propositae quaestiones expedire se laqueis volet. Quorum primum istud est, in plerisque locis, ubi de servili penarum, ac gehennae timore loquitur Augustinus, eum intellexisse, non qui ex gratia, meritoque Christi, ac sancti Spiritus afflatu gignitur, sed qui ex humano, & naturali affectu, & infito cuique conservandi sui amore procedit. Quem quidem merito proinde statui nihil ad salutem, aut impetrandam Dei gratiam, ac peccatorum veniam conducere: sed neque peccandi voluntatem detrahere: nec aliud praestare, quam ut male agendi progressionem tantisper inhibeat ac sistat, dum praesentis illius mali formido sublata fuerit.

De hoc timoris genere loqui Augustinum, ubicumque gehennae metum cum peccandi voluntate conjunctum, ideoque dammandum esse statuit, facile is agnosceret, qui ab Armacano citata illius testimonia diligenter inspexerit. Etenim horum pleraque disertè metum illum exprimunt, qui non adjuvante Spiritu gratia concipitur: ut est in illo loco, quem ex libro de spiritu & littera, capite octavo, paulo ante descripsi. Et in libro de gratia Christi, capite XI, Quamvis multi, inquit,

* Paragr. 6.

quod imperat lex facere videantur timore poena, non amore justitia; quam dicit Apostolus justitiam suam, qua ex lege est, tanquam sit imperata, non data. Si autem data est, non dicitur justitia nostra, sed Dei: quia sic fit nostra, ut sit nobis ex Deo.

Hic Augustinus quod timore fit poena, ex lege fieri dicit, & ad illam refert justitiam, quam Apostolus suam nominat: Ut inveniar, inquit, in illo non habens meam justitiam, qua ex lege est: sed illam, qua ex fide est Christi Jesu; qua ex Deo est justitia in fide. Atqui legem, si dei, & gratia Christi opponere solet Apostolus; tamquam quod ex lege fit, non fiat ex gratia: ex quo sequitur, id quod ex timore poena agit, quoniam ex lege esse censetur, non agi ex Christi gratia, sed ex naturae viribus, quas ad obsequium legis & supplicii terror excitavit.

X. HANC rationem, quae ex oppositione legis & gratiae petitur, atque ex eo, quod legi servilis accensetur timor, magno conatu Armacanus intonat; & ingenti Augustinianorum locorum apparatu instruit in capite quodam, cui hoc lemma praefigit, Timorem poena non esse ex Christi gratia, quia facit justitiam inde natam ex lege, & justitiam nostram, non ex Deo. Quamobrem illud, quod dixi, certissimum est, timorem gehennae, quem omnibus iis locis, quos Armacanus citat, commemorat Augustinus, & quem peccandi voluntatem, si impune possit, implicatam, & inclusam habere dicit, non ex gratia, aut instinctu, ac motione sancti Spiritus oriri: sed ex naturae viribus: atque idcirco nihil ad quaestionem nostram pertinere. Nos enim hic de timore illo loquimur, qui ex gratia & inspiratione Spiritus sancti provenit: ut Tridentina Synodus decrevit: quae inter dispositiones, quibus ad justificationem paulatim peccator adducitur, timorem illum numerat, Armacano suffragante, qui eundem secundum se licitum, bonum, ac rectum esse pronunciat. Ex quo perspicuum est dissimile hunc esse metum illius alterius, qui nec ex Christi gratia nobis ingeneratur: & peccandi animum, ac voluntatem in se continet.

XI. Si c illud intelligendum, & ad eundem, qui ex gratia non oritur, sed ex naturae viribus, metum gehennae referendum est, quod Armacanus affirmat, Ex puro timore poena non posse ita fugi peccatum, ut nullum aliunde peccatum incurratur. Atque hoc ille crebris Augustini testimoniis probare studet, quae ferè sunt ejusmodi, qualia paulo ante descripsimus: quibus nihil minus docet, eos, qui sub lege vivebant, ita poena timore constrictos & peccando coërcuisse se, ut peccandi cupiditatem, & consilium intus voluntate tacita foverent. Quae ex legis mentione, satis, ut paulo ante significavi, timoris genus ostendit, non illud, de quo agimus; quod ad perfectam conversionem peccatoris, ac justificationem preparat, & ex instituto divinae sapientiae, ac bonitatis, ad insinuandam caritatem ordinatur; ut ex Augustino, & Tridentini Concilii decretis supra declaravimus: sed alterum, quod gratia non debetur ex se; nec a Spiritu sancto proficiscitur; verum naturali, & humano ex fonte profluit.

Est enim perabsurdum, immo impium, putare, quod Armacani sentiunt, ullum voluntatis affectum ex Christiana manare gratia, hoc est ab ea, quam Pelagianis negantibus, Augustinus & Catholici omnes adtribuebant; quod cum peccato necessario conjunctum sit; vel potius quod exerceri nisi peccando nequeat. Quid autem isti nuperi Dogmatistae aliud crocitant, dum gehennae metum, quia ex caritate non procedit, malum, & novo implicatum peccato esse dicunt, hoc est interiori, & tacita voluntate peccandi: & eundem tamen bonum, licitum, rectumque, si per se consideretur, ac saluberrimum esse praedicant, ac Tridentinae de illo Synodo decretum approbant; quo utique cavetur; metum ejusmodi preparationem esse, quae ad gratiam, & justitiam peccator adducitur: quod profecto, si Catholici esse volunt, non aliunde quam ex Christi gratia, & sancti Spiritus afflatu nasci fateantur? Hinc ergo consequens erit, pravum, & culpandum voluntatis affectum per se, ac directè inspirari hominibus ab Spiritu sancto, & ex Christi oriri gratia: ut in libri hujus capite septimo demonstravimus.

XII. ALTERUM de duobus, quae in hac quaestione observanda proposui, ad fucum Armacanorum, & fallaciam deprehendam mirificè attinet. Est verò illud

* Phil. 9.

* To. 3. lib. 5. cap. 15.

* Vide sup. cap. 7.

* Cap. 17. de leg.

* Paragr. 6.

Est accipi. 9. Quomodo ex hac distinctione Augustinus interpretandus sit.

illud ejusmodi: Ex illa duplici Christiana gratia, quam sapientis cogor velle meliorem, ac repetere; unà inchoatà & initiali; altera jam adultà, & robusta; priorem, si per se solamque spectes, non sufficere ad legis observationem, vel praecipit operis executionem. Hujus enim proprium munus est, praeparare dumtaxat, ac movere voluntatem; ut velle incipiat operari, quamvis necdum operetur. Cui gratiae ac vocationis initio, si opulante Deo, liberum hominis arbitrium respondeat, & quod suarum partium est conferat, succedit alia operis effectrix, quae confirmatus animus paulatim se peccati laqueis explicat, & ad exequenda Dei mandata roboratur. Jam verò gehennae metus ille utilis, ac bonus, de quo hic disputamus, ad priorem gratiam pertinet, rudem & initialem: ut in capite secundo libri hujus, & sequentibus ostendimus. Siquidem Tridentina Synodus, quam illic citavimus, hanc unam esse definit ex iis motionibus, quae caritatem, ac dilectionem antecedunt, & ad hanc praeparant. Est autem caritatis peculiare munus, operari, ac praeparata exequi; ut patet singulis paginis repetitè Armacanus. Itaque non est ad legis opera praestanda idoneum adhuc gratiae illud auxilium, satis est si voluntatem excitare, ac movere incipiat, & ad id, quod nondum perficere potest, optandum, ac postulandum impelleret.

At Armacani, ut hunc ipsam metum ex Christi gratia minime proficisci; sed ex humanis viribus adstruant: immò ut malum, & cum peccato conjunctum esse doceant; consilium esse gratia illa debeat ex iis Augustini locis constituunt, quae ad firmiorem, & vegetiorem posterioris generis gratiam propiorè spectant: cuius est ad opera legis exequenda, praestandaque virtutum officia vires idoneas conferre: ut si minus hoc per se gehennae timor efficere possit, aliunde, quam ex Christi gratia, prodire videatur.

Jam enim capite quarto libri hujus ostendimus, Augustinum sapienter, cum de gratia loquitur, hanc secundi generis operatricem intelligere, non rudem, & inchoatam. Quod, ne longum faciam, ex paucis illis sententiis, quas supra, hoc ipso capite descripsimus, licet animadvertere; in quibus gratiae Christi proprium hunc effectum subjicit, implere legem, ac praeparata facere. Ut cum scribit: Legem timore non posse impleri: quoniam cum verè sit opus legis, caritate fit, non timore, quae caritas gratia est novi Testamenti. Et libro de spiritu & littera: Ex lege timentus Deum; ex fide speramus in Deum. Sed timentibus poenam absconditur gratia. Item illud: Timor legem non implebat; amor implevit. Timuerunt homines, & non impleverunt: & amaverunt, & impleverunt. Subdole igitur, & captiose ludunt Armacani in ambigua significatione gratiae, dum timorem gehennae funditus adjudicant à Christi gratia, propterea quod non sufficit ad praeparata servanda, & opera legis exequenda; quod esse gratiae proprium ex Augustino dum probant, dissimulant non de toto gratiae genere illum loqui, sed de actu suo dumtaxat, & robusto: quo timor gehennae minime continetur: qui in primo, & adhuc imbecillo gratiae genere ponitur; quod bonae voluntatis habet initium. Hæc sic quis diligenter observet, novi Dogmatistae fraudem ac veritatem contemnet: nec se ab alubri, & Catholica doctrina sophistica ista cavillatione deduci patietur.

* Paragr. 6.

* August. 15. Decret. Tom. 4. p. 114. A. 2.

* Cap. 16. lib. 11. Conc. 2. in 11. 90.

CAPUT IX.

- 1. Ex dictis colligitur, dolorem ob peccata ex metu gehennae susceptum bonum esse, & ad justificationem preparare. 2. Praecipuum adversariorum firmamentum illam esse sententiam, qua nullam aliam poenam esse gratiam Christi praeter caritatem veram, & propriè dictam. 3. Fucus illorum in constituendo amore sui, qui quatenus in vitio ponatur, aut sit honestus, & ad institutum nostrum attineat, exponitur. 4. Amorem hunc sui non se tanquam ultimum finem sibi proponere, sed peccandi voluntatem excludere. 5. Ut hoc melius intelligatur, duplex ex Augustino radix operum ponitur, caritas, & cupiditas. Sed illa non est sola vera & propriè dicta. 6. Quod ex Augustino demonstratur, qui & fidem ex caritate, & tamen ex fide caritatem provenire dicit. 7. Unde concluditur, caritatem aliàs latè, aliàs propriè, & stripare 111.

I. Hujus gehennae timoris, quem antecedenti capite ab Armacanorum calumnia vindicavimus, soboles est dolor quidem de peccato susceptus, sed imperfectus adhuc, & rudis; ac velut gratiae tirocinium, quo ad plenam, uberiorèque justitiam perpolitur, ac praeparatur resipiscens animus: dum penarum denunciatione terretur, peccandi interim voluntatem abjicit, ac melioris vitae desiderio concepto, ad usurpanda remedia festinat. Cum enim timetur poena, quam minatur (Deus) discitur amari praemium quod pollicetur: ac sic per timorem poena bona vita retinetur. Per bonam vitam bona conscientia comparatur; ut per bonam conscientiam nulla poena timeatur, ait Augustinus. Et Isidorus Hispalensis libro secundo sententiarum de summo bono, capite VIII, timorem eundem conversis ad Deum necessarium esse docet, ut ab eo incipientes perfectam ad caritatem proficiant. Autè necesse est, inquit, timore converti ad Deum, ut metu futurarum poenarum carnales illecebra devincantur. Deinde oportet abjecto timore ad amorem vitae aeternae transire. Ac de servili timore loqui Isidorum, arguunt sequentia, cum sic scribit. Unde & Apostolus, Non enim inquit accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis: per quem scilicet jam non peccati poena servos comprimit: sed amor justitiae liberos reddit. Et sententia quarta: Necesse est enim omni converso, ut post timorem consergere ad caritatem Dei debeat quasi filius; ne semper sub timore jaceat quasi servus. Tunc enim amorem nostrae conversionis ostendimus, si denud ut patrem diligimus, quem prius servili mente verè ut dominum formidabamus. Vide Clementem Alexandrinum septimo Stromateo, pagina 532.

II. Hujusmodi poenarum metum, ex eoque conceptum dolorem citra Poenitentiae Sacramentum per se ad justificationem non perducere peccatorem; tamen Conc. eum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponere, totidem verbis docent Tridentini Patres: estque communi Theologorum consensu receptum: immò Christianorum omnium animis jam pridem hic sensus infudit: quem magni scilicet ac pufilli primis ex elementis Christianae institutionis acceptum retinent memoria, & ad usum adhibent usurpandae in Sacramento Poenitentiae.

Sed exilitere nuper cupidi turbarum, ac novorum dogmatum homines non valde docti, & acuti, sed confidentes, & ad quidvis audendum parati: qui ex animis fidelium hanc eradere notionem, ac firmissimam persuasionem conarentur evellere. Quorum periculosus, & maleficus hic error, unius, alteriusve capituli disputatione coarguendus est. Quod erit peractum, si quibus inducitur rationibus ad eam opinionem adhaerent, eas falsas, & inanes esse constiterit. Hoc igitur agamus.

III. CREDO ex iis, quae hucusque secundo libro hoc exposuimus, liquidò id esse cognitum, fontem & originem praecipuarum haereseum, quibus nova ista disciplina scaturit, hoc illorum esse decretum, quod hæcenus refutavimus: nullam aliam Christi esse gratiam, praeterquam caritatem, sive dilectionem, amorèque justitiae, quo sine ullo respectu ad id, quod nostrâ interest, hanc diligimus, ac persequimur: ac quicumque affectus animi non ex illa radice provenit, non inutilem solum ad Christianam justitiam obtinendam, sed etiam noxium esse, utpotè vitiosum, & novi macula criminis infectum. Ex hoc velut principio alterum statim est consequens opinionis venenum, tam gehennae metum, quam qui ex hoc oritur, dolorem de peccato conceptum, novum esse peccatum, nisi ab vera caritate, ac dilectione Dei proficiscatur: & idcirco non idoneam esse preparationem ad percipiendam in Sacramento delictorum veniam. Quod neque verum est, neque veris, sed fucatis, & fallacibus argumentis ab illis alleitur: & à Tridentinae auctoritate Synodi, ac decretis abhorret.

De Tridentino Concilio, ejusque, quam illi commenti sunt, absona interpretatione, paulò post. Nunc eorum rationibus occurreremus, quibus dolorem illum ad promerendam in Sacramento Poenitentiae justificationem negant sufficere.

* Aug. Ser. 214. de Temp.

* Tri. den. Conc. 14. cap. 4.

Harum rationum, quarum vis in tota superiori disputatione hebetata est, ac retusa; precipua est ista, qua scilicet illius antites multum utitur; quod dolor iste cum ex amore stupescit, & salutis sua corporalis oriatur, non maioris pretii est apud Deum, neque maiorem ad iustitiam acquirendam proportionem habet, quam amor, quo quis integritatem corporis diligit.

IV. SED callida, & insidiosa cavillatio est, cujus fraus & calumnia laet in amoris sui ipsius vocabulo: quod sane medium est, & tam in bonam, quam in deterio- rem partem usurpari potest. Etenim qui sic amat se, ut, tanquam ultimum ad finem, ad suum commodum, ac fructum omnia referat, idque divina voluntati, ac legi anteponat, sine dubio peccat, & perversè se amat, ac seipso fruatur. Atque hic amor non solum naturalis est motus animi, sine ulla gratia, vel instinctu Spiritus sancti excitatus in homine: sed etiam delicti culpa oblitus, utpote ab recta, & bene consultata ratione desciscens. Quae labe in eos affectus redundat, qui ex illo, tanquam viciata, & pestilenti radice pullulant: qualis est gehennæ metus, & de admisis peccatis inde conceptus dolor. De quo amoris, vel doloris genere non hic agimus: verum de altero, quem Deus per Spiritum sanctum operatur in nobis; ut vel * Armacanus ipsemet agnoscat. Hic verò tum ex sese bonus, & honestus est: tum minimè naturalis, hoc est solis naturæ viribus excitatus: utpote ex fide, ac sancti Spiritus instinctu peculiari nobis insitus.

Hoc amoris affectu non seipsum homo sic diligit, ut naturam suam, quæque ad hanc pertinent, tantummodo spectet, ac naturali in sese modo, & propensione feratur: cuiusmodi inest amor in omni animantium genere: cui hoc est à natura tributum (ait * Cicero) ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, que ei nocitura videantur, omniaque, que sunt ad vivendum necessaria, inquirat, & parat; ut passum, ut latibula, ut alia ejusdem generis. Verum ita se diligit, tanquam aliquid superioris ordinis, & naturæ captum, conditionemque præstans. Nam se eatenus amat, non ut ad finem naturalem, ac bonum quoddam innatis viribus, & humana comparandum indullria, vel ei contrarium vitandum malum dirigatur: sed ut ad summum, & natura qualibet creata præstantius adipiscendum, & fruendum bonum, hoc est Deum, referatur; vel ad declinandum quod ei fini adversatur-malum. Cujus utriusque, boni scilicet, ac mali cognitio; tum illius appetendi, hujus declinandi impetus, & affectus, non ex naturali, & acquisita mente nostro scientia, & insitit à natura prædiis oriuntur: sed excellentiore quadam ex luce fidei, ac divini instructus motione proveniunt.

V. HINC evidens est, hujusmodi amorem non esse vituperandum, nec inquinatum peccati ulla macula; sed honestum, & laudabilem: cujus videlicet radix est & origo sancta, auctorque Deus, & ejus spiritus. Nec enim sic in seipsum eo tendit amore peccator, aut quod malum sibi est ita metuit, ac fugit, ut se sibi tanquam finem ultimum propositum habeat; aut vel tacite, vel palam Deo præferat. Sed nec habitus sic est, ut nisi tanti adipiscendi boni spes esset objecta; vel sempiterni mali ac supplicii metus instaret, libenter peccatum admitteret. Non enim de hoc genere amoris, vel timoris hic agitur: * qui cogitur in opere habere quod licet; cum aliud habeat in voluntate: qua mallet, si fieri posset, licere quod non licet: ut ait Augustinus: qui hanc servilis, & impuri timoris, amorisve proprietatem crebris sententiis inculcat. Quibus Armacanonum natio fraudulenter abutitur, dum ex iis imperitè colligit, nullum penitus amorem, quem concupiscentia vocant Theologi; nec timorem eodem ex fonte manantem agnoscere sanctum Augustinum, nisi qui sit hac perveritate viciatus, & infectus. In quo longe illos aberrare, ac decipi supra demonstravimus: cum de tali affectu loquatur Augustinus, qui ex naturali, & humana, sed originali labe corrupta indole proficiscitur: non autem de eo, qui ex fide, & peculiari instinctu vocantis nos, & ad uberiorem gratiam preparantis Dei spiritus efficitur.

VI. SED ut paulò rem altius repetam, & ut in ascendendo sibi, hæresis sue contra Catholicam fidem Augustino, fraudem sectæ illius, ac dolum patefaciam; sciri necesse est, duplicem esse humanarum actionum radicem, ut ex Apostolo docet Augustinus in * libro de Gratia, & libero arbitrio, capite xviii: quem locum

* Vide sup. c. 7. paragr. 2.

* Lib. 1. de Off.

* Aug. lib. de Spir. & lit. c. 37.

* Aug. lib. de Gr. Chr. cep. 18.

superius, capite quinto libri hujus exscripsimus. Quo quidem in loco Pelagium in libro primo de libero arbitrio docentem habere nos possibilitatem boni & mali à Deo insitam, velut radicem fructiferam, quæ vel virtutes, vel vitia proferat; hoc est liberum arbitrium: hoc, inquam, scribentem Pelagium reprehendit Augustinus, quod non sit eadem radix bonorum & malorum: sed horum quidem radix sit cupiditas, ut ait Apostolus: bonorum verò, caritas. Quamobrem quidquid ex caritate non oritur, si quidem moralis, ut vocant, qualitate censetur, id ex cupiditate provenit: ut Augustinus illic statuit. Qui si caritatis nomine eam significat, quam nuperi Dogmatistæ fingunt, veram, proprièque dictam Dei dilectionem; causam suam obtinent. Hoc enim sequetur, nullam aliam Christi esse gratiam præterquam istiusmodi caritatem. Nam cum sine Christi gratia nullum bonum fit opus, Christianum saltem, & ad justificationem pertinens, necesse erit omnino, quod non ex vera, proprièque dicta caritate pullulat, ad malum fructum pertinere, quoniam ex cupiditate proficiscitur: cum nulla inter ambas illas, vel mediam, radicem interjecta sit.

VII. SED multum ab veritate, & Augustini sententia recedunt qui sic disputant. Atque ut intelligant, quam parum in Augustini auctoritate præsidii habeant, testem ipsum dabimus Augustinum, esse opera quadam bona, quæ ex tali caritate non oriuntur: neque id omnino peccatum esse, quod ex illa minimè proficiscitur. Etenim fides ipsa opus quoddam est; ut Christus docet. * Hoc esse, inquit, opus Dei, ut credatis in eum, quem misit esse. Idque Augustinus * in libro de Prædestinatione Sanctorum explicat, & * Chryostomus Homilia lxxxix Tomi sexti. At idem Augustinus illud ipsum opus bonum fidei non à dilectione, sive caritate proficisci asserit; idque sæpius repetit. Est autem in Tractatu * ad Psalmum cvii insignis hac de re locus ejusdem, inquit, quæ sunt per dilectionem Dei. Hæc autem necesse est, ut antecedat fides; ut inde ista, non ab istis incipiat illa; quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, nisi prius credat in Deum. Jam ergo reperit nobis est apud Augustinum opus aliquod bonum, quod non ex caritate provenit: ac, si vera est Armacanonum opinio, nec ex gratia quidem Salvatoris exiit. Quippe nullam isti veram, ac propriè dictam Christi gratiam, hoc est ei, quam unam admittit Pelagius, oppositam, agnoscent, nisi quæ bonum opus efficit: ut * supra docuimus. Quam quidem fide nos impetrare, eodem ex Augustino * probavimus alibi. Hic enim * per fidem, impetrari caritatem, ait, quæ sola verè bene operatur. Idemque libro de Correptione, & gratia capite tertio, & quarto, ac sequentibus docet. Et in libro de Prædestinatione Sanctorum, capite septimo, Ex fide ideo dicitur justificari hominem, non ex operibus: quia ipsa prima datur, ex qua imperantur cetera, quæ propriè operantur, in quibus justè vivitur. Porro idem * Augustinus alio in loco, ipsam obedientiam munus esse Dei asserit, quæ necesse est ut iuste ei, cui caritas insit.

VIII. QUOCIRCA cum ex variis illis Augustini locis illud efficiatur; fidem, qua obedimus utique Deo, cum quod vult, jubetque facimus; ex caritate proficisci, sine qua esse non potest: & nihilominus fidem eandem impetrare caritatem, & eam antecedere; ut & opera bona, quæ nulla sunt, nisi ex caritate prodeant: cogimur omnino, ut secum consentientem habeamus Augustinum, id fateri, quod non * semel adnotavimus; caritatis nomen non eodem ab illo modo semper usurpari: ac latius interdum accipi pro omni pio, ac religioso voluntatis affectu, cuiuscumque tandem Christianæ virtuti propriè tribuatur: aliàs pro vera, & expultrice peccati, proprièque dicta dilectione Dei. Ac prioris generis significationisque caritas tam imbecillum, initialèque cuiuscumque virtutis affectum, quam robustum & acuosum, hoc est operis officium complectitur. Ut sit caritas latius accepta tanquam virtutis radicem, quod ad omnes pios & Christianos animi-motus extenditur: ac primò dividatur bifariam; nempe in affectus illos voluntatis, qui ex honesto aliquo; & inspirato divinitus per Christi merita propositio, sive, ut Scholæ loqui amant, motivo proficiscuntur: non illotamen excellentem, quo in Deum absolute propter se, sine inferioris alterius boni ac finis complexione, spectatum animus

lib. de Gr. Chr. cep. 17.

* Joan. 6. * Cap. 7. * Par. 8. ed. 838. ed. * ad Psalmum cvii insignis hac de re locus ejusdem, inquit, quæ sunt per dilectionem Dei. Hæc autem necesse est, ut antecedat fides; ut inde ista, non ab istis incipiat illa; quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, nisi prius credat in Deum. Jam ergo reperit nobis est apud Augustinum opus aliquod bonum, quod non ex caritate provenit: ac, si vera est Armacanonum opinio, nec ex gratia quidem Salvatoris exiit. Quippe nullam isti veram, ac propriè dictam Christi gratiam, hoc est ei, quam unam admittit Pelagius, oppositam, agnoscent, nisi quæ bonum opus efficit: ut * supra docuimus. Quam quidem fide nos impetrare, eodem ex Augustino * probavimus alibi. Hic enim * per fidem, impetrari caritatem, ait, quæ sola verè bene operatur. Idemque libro de Correptione, & gratia capite tertio, & quarto, ac sequentibus docet. Et in libro de Prædestinatione Sanctorum, capite septimo, Ex fide ideo dicitur justificari hominem, non ex operibus: quia ipsa prima datur, ex qua imperantur cetera, quæ propriè operantur, in quibus justè vivitur. Porro idem * Augustinus alio in loco, ipsam obedientiam munus esse Dei asserit, quæ necesse est ut iuste ei, cui caritas insit.

* Cap. 11. lib. hujus. paragr. 2. * To. 1. cap. 20. paragr. 6. * Aug. epist. 106. p. 182. * Lib. de Gr. Chr. cep. 17.

* Tom. 1. Dogm. lib. 10. cap. 20. paragr. 7. * lib. 1. hujus operis, c. 2. par. 2. lib. 2. cap. 3.

animus intenditur: quæ est altera, longèque præstantior caritatis illius generatim sumptæ species, quæ perfecta, & Theologica virtus dicitur, princeps omnium, ac regina. Rursus dupliciter species utraque tribuitur, non caritatis, sed fidei: hoc est non essentialis, ut vocant, differentia, sed ex accidente, & secundum quantitatem: quatenus utrobique alia motiones sunt virtutum qualiumcumque rudes, & inchoatæ: alia robustiores, & perfectæ.

IX. JAM verò caritatis omnes illæ vel notiones, vel species ad Augustini varias, & in speciem pugnantem inter se sententias prudenter adhibendæ sunt: si & summum virum ab inaudita quadam levitate, ac decretorum inconstantia vindicare: & nos ipsos ab multiplicium errorum, & hæreson infamia tutos præstare volumus. Quem ad utrumque scopulum pridem aliflava nave, naufragium fecerunt Armacani. Qui quidem fateri hoc, & agnoscere vel inviti cogentur; quibus in locis asserit Augustinus, * bonam voluntatem idem esse, ac caritatem, tum * utramque aliàs parvam, & invalidam esse; aliàs magnam & robustam: caritatis vocabulum generatim accipi, pro quacumque bona motione voluntatis, ad eoque pro initiali affectu credulitatis, sive credendi voluntate, quæ fidem ipsam, & multò magis illam, quam per fidem mereri & impetrare nos alibi, ac sæpius docet, utique veram, & propriè dictam, antecedit caritatem, quæ bonorum est effectrix operum, observatrixque præceptorum. Ubi cumque verò hanc ipsam robustiorem caritatem merito nos ait impetrare fidei; non eandem profectò cum priore illa significat: quæ quamlibet rudis, ac tenuis, & operis nondum efficax, bona est voluntas & caritas. Ex quibus evidentissimè constat, verè illud à nobis observatum caritatis apud Augustinum fuisse discrimen: & in clara meridiana luce cæcutire notus Armacanas; quæ nec illum caritatis apud Augustinum varium usum ac dissimilem notare ac discernere potuerunt: & nullam aliam, præterquam veram proprièque dictam, ab illo designari caritatem tam pertinaciter, quam imperitè teneant.

CAPUT X.

De Justitia, & amore justitiæ, quam unicam Christi esse gratiam novi Dogmatistæ statuerunt. 1. Explicatur ratio justitiæ communis. 2. Quæ eadem cum honesto, decoro, & legi consentaneo, vel legitimo. 3. Duplex decorum, sive honestum. 4. Amorem justitiæ, quam caritatem vocat Augustinus, non esse propriè dictam caritatem, sed cuiusvisque dilectionem honestatis. 5. Nec justitiæ ejusmodi esse, quæ Deo inest. Tum verò reperiri in iis etiam voluntatis motionibus, quæ amorem sui adjunctum habent, necnon timorem gehennæ. 6. In his verò affectionibus, quæ ex fide proficiscuntur, reperiri piam in Deum propensionem. 7. Item referri ad Deum ipsam vim, non tamen expressè. 8. Nec esse justitiæ nostram, sed Dei, & ex gratia oriri. 9. Et honestatis amorem propter se continere. 10. Duplex ex Augustino justitia.

I. CUM, ut initio secundi hujus libri diximus, novi, quod impugnamus, Dogmatis fundamentum in constituenda gratiæ qualitate versetur: quod eam sola propriè dicta caritate metiuntur; caritatem autem nihil præter amorem propter se justitiæ esse disputant; idcirco de justitia, & hujus dilectione paucis hoc in capite agere decrevimus. Ita enim confido fore, uti certius, liquidiusque deprehendatur, quam ineptè isti, absurdèque sentiant, ac bene longa, & loquaci disputatione nihil omnino dixerint: tum ut nostræ, id est Catholicæ, magis illustrata ratio obductas illorum oculis erroris tenebras clariori veritatis suæ splendore discutiatur.

Hoc igitur ante omnia statuendum est, justitiæ nomine quamdam significari rectitudinem, ut * S. Thomas loquitur, ordinis ad alterum: sive, ut alibi * dicit, ad finem debitum, & ad legem divinam, quæ est regula voluntatis humane: eaque communis est virtus. Quam justitiæ notionem hausit ex Aristotele sanctus Doctor. Nam ille, * quinto libro Moralium ad Nicomachum capite tertio, id justum universè nominari asserit, quod est virtuosum, id est legitimum. Itaque justus est, inquit, qui legitimus

* 2. Tho. 1. 2. qu. 113. art. 2. pro corp. * Ibid. * 157. ar. 4. ad 4. * Aristot. 5. Eth. cap. 3.

obtemperat. Quæ enim legitima sunt, ea sunt justa: & quæ ab legum-larice facultate præscripta sunt, legitima dicuntur, & horum quodlibet justum esse dicimus. Siquidem leges de omnibus aliquid præcipiunt: velut fortitudinis officia, & temperantia, & quæ ad virtutes ceteras referuntur. * Atque hæc justitia, inquit idem, perfecta virtus est, non simpliciter; sed ut alterum respicit. Habet enim virtus omnis nonnullam rationem debiti; non uniusmodi, sed pro eorum, quibus exhibetur, varietate diversum. Siquidem aliter nos erga eos gerimus, qui dignitate nos excellunt; aliter adversus aequales, aut inferiores, ut idem * S. Thomas alio in loco dixerit.

II. ER quoniam rectum illud officium (ita enim * Cicero nominat, quod Græci vocant κατὰ φύσιν) sive hominis ad seipsum est, sive ad alium; Deo, ac legi divinæ quodammodo persolvitur: ideo valet Aristotelis illa præscriptio; communem illam justitiam, perfectam esse virtutem, non ut in se consideratur; sed ut referatur ad alterum: hoc est, quatenus alteri, qui naturaliter obnoxii sumus, Deo videlicet, ejusque voluntati, quæ est antiquissima lex, omnia virtutum omnium officia reddimus.

Rursus verò, quatenus rectum illud, quod inest in rectè atque ex virtute factis, ad finem consentaneum, & ut S. Thomas ait, debitum ordinatur; sive ad legem divinam: ac tam in se, quam ad alterum bene constitutus homo esse debet: idcirco justus ille ex usu sacram litterarum appellari solet, cujus animus, & vivendi ratio cum lege divina profusè adæquat: quo sensu justitia, à qua justus, & sancti denominantur, est adæquatior quædam, & congruentia cum lege, id est cum Dei voluntate. Ex quo intelligimus, idipsum esse justum, quod honestum: nisi quod λόγος, id est ratio sic differunt; quoniam justum, uti dixi, ad alterum comparatur, quem tanquam debitores respicimus: honestum verò idem illud est, quatenus honore, ac laude dignum est, nempe * quod est à nullo laudetur, tamen est laudabile natura.

Atque hoc ipsum etiam decorum appellari solet, quod Græcè πρῖον dicitur. Cujus vis ea est, ut ab honesto non queat separari. Nam & quod decet, honestum est, & quod honestum est, decet: ait Cicero, & post hunc * Ambrosius: qui amborum discrimen, quod facilis intelligi, quàm explanari posse, cum Cicero dixerat, ita definit; * ut honestas velut bona valetudo sit, & quadam salubritas corporis: decus autem tanquam venustas, & pulchritudo sit. Sicut ergo pulchritudo super salubritatem, ac valetudinem videtur excellere, & tamen sine his esse non potest, neque ullo separari modo; quoniam nisi bona valetudo sit, pulchritudo esse, ac venustas non potest: sic honestum illud in se continet, ut ab ea profectum videatur, & sine ea esse non possit. Itaque decorum illud velut florem esse dicit, cujus radix est honestas. Quid enim est honestas, nisi quæ turpitudinem, quasi mortem fugiat? Quid verò inhonestum, nisi quod ariditatem, ac mortem asserat? Vident igitur substantia virtutis, decorum illud tanquam flos emicat, quæ radix salva est.

III. JAM decorum illud, quod re idem est cum honesto, atque justo, duplex à Cicero describitur. Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Quod * Ambrosius explicat sic. Illud generale ita est, ac si aequabilem formam, atque universitatem honestatis in omni actu suo habeat concinentem, cum omnis sibi ejus vita consentit, nec in una aliqua re discrepat. Hoc speciale, cum aliquem actum in suis habet virtutibus præminentem.

Sic & honestas, & justitia, alia est generalis, quæ omnia virtutum officia complectitur, & per universitatem funditur honestatis, ut loquitur Ambrosius: alia specialis est, quæ in parte aliqua enitet. Nam alia est honestas fortitudinis, alia temperantia, alia prudentia: ut & decorum inest omnibus jultumque diversum.

Ceterum qui virtutis cuiuspiam officium eligit, ac præstare fudet, eum necesse est in formam, ac speciem honesti ejus, ac justus, quod sibi proposuit, intuentem, idipsum appetere ac diligere. ut qui temperanter aliquid facere vult, amore ducitur honestatis illius, ac justitiæ, quæ inest in coercendis moderandisque voluptatibus; quatenus divina lex id præcipit: si Christiana fungi virtute velit, quod idem in fortitudine, ac prudentia, ceterisque virtutibus accidit. Similiter qui omnia Christi-

* 2. Tho. 1. 2. qu. 113. art. 2. * Ibid. * 157. ar. 4. ad 4. * Aristot. 5. Eth. cap. 3. * Cic. 1. de Off.

* Lib. 1. de Off. c. 45.

* Ambrosii ibid.

* Ibid. c. 46.

stianarum omnium officia virtutum exequi, ac legem univ[er]sam observare statuit, animo prius informat, & voluntate appetit, eligitur generale decorum illud, & honestum, ac iustum, quod per omnes honesti, ac legitimi, hoc est iusti partes diffunditur.

IV. Hic ille est amor iustitiae, cui caritatis & dilectionis nomen tribuit Augustinus, uti supra memoravimus. Non enim solam veram, propriamque dictam caritatem huic illum vocabulo subiecit, copiose haecenus ostendimus: sed amorem recti, honesti, atque iusti, quod divina, & Christiana lege continetur, ac precipitur. Itaque omnem pie voluntatis affectum, quo five ex preveniente Christi gratia, impius ac peccator ad vitam melioris desiderium, & propositum accenditur: five iam conversus, aut etiam iustificatus, ad expressiora, & firmiora Christiana legis officia progreditur, caritatis vocabulo afficit Augustinus: quoniam amor inest honestatis in illo, ac iustitiae. Est enim prima motio, & quasi impetus voluntatis, quam *epulul* Graeci vocant, amor, qui est inclinatio quaedam illius in bonum & propositum, five *pondus*, ut loquitur Augustinus, quo fertur ipsa, quocumque fertur. Quare quodcumque tandem virtutis opus faciendum eligit, cuiusmodi nullum, nisi iustum, id est legitimum, five *voluntas*, & honestum est, ab amore illius, id est appetitione incipit. Sic amor iustitiae initium est bonae, ac laudabilis voluntatis, & actionis.

V. NEQUE vero iustitia illic intelligenda est ea, quae inest Deo, vel potius Deus est, qui est iustitia, veritas, bonitas; quod Armacanus Dogmatista novus arbitratus est: sed est honestas, vel iustitia, quae virtuti cuiuslibet proposita est, & obiecta. Etenim amor iste, quo voluntas iustitiam expetit, ac prosequitur, actuosus est, five, ut vocant, *practicus*, hoc est efficiens ejus quod appetit. Amat enim quod reipsa faciendo cupit assequi. Cuiusmodi non est divina, & increata iustitia, vel honestas, sed creata, & nisi, actioneque humanae voluntatis exprimens. In quo differt amor ille iustitiae a vera, propriamque dicta caritate, qua Deus propter se diligitur. Deum porro cum dico, iustitiam quoque Dei, & bonitatem, & quodcumque tandem inest Deo, five Deus est, intelligi volo. Nam amare Dei iustitiam, qua bonum est Dei, caritatis est perfectio, ac *Theologica*, ut appellant, virtutis. Sed non est talis amor iste, de quo nunc agimus, iustitiae; sed virtutibus communis omnibus: quarum nulla nisi honestum, ac iustum nihil persequitur. Quod de illis adeo dicendum est, quae implicitum habent amorem ejus, qui sic amat, & *amori concupiscentiae* vulgo tribuuntur; ut cum homo spe, ac desiderio felicitatis aeternae potiundae; vel sempiternae vitandae damnationis, ad Deum converti expetit, & odio peccati ac detestatione tangitur, aut melioris inchoandae, ac prosequendae vitae, five divinae observandae legis voluntatem suscipit. Cum enim iustum, honestumque sit obtemperare Deo, & quod hic vult, imperatque, facere; velit autem, ac jubeat Deus *timere illum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam*, & aeterna vitare supplicia; tum vero iis ipsis ante oculos positus, id est *novissimis intellectis & propositis*, sapere, ac peccatum odisse, virtutemque colere: profecto qui istud facit, iustum honestumque, id est legi & voluntati divinae consentaneum opus facit, & quod per se, ac nullum ad finem alium, ac diversum actu ipso redactum, laude approbationeque sit dignum: quandoquidem ejus, cur fiat, honesta & probabilis afferri causa potest. Id autem honestum, ac propter se appetendum dicitur; non quod nullius rei alterius gratia, sed propter se solum expetitur: verum quod ex se habet, unde honeste, ac laudabiliter potest appeti, etiam de nullo alio cogitetur, tamquam ulteriori aliquo fine.

VI. Et quoniam nulla est ad Christianam honestatem, vel iustitiam pia voluntatis motio, quae non ex fide proficiatur, ut constanter ab Augustino traditur: *Fides autem ex auditu est: auditus autem per verbum Christi*: ideo omnis huiusmodi per prevenientem gratiam excitatae voluntatis impulsio, quem amorem, & dilectionem iustitiae ab Augustino vocari supra diximus; habet adjectum pium & benevolum nescio quem sensum, & affectum erga Christum Dominum, ac Deum. Nam & hunc dignum esse iudicat, cui de rebus occultis, & naturae captum superantibus asseveranti certa fides adhibeatur: & quoniam promissa omnia, quibus

* Lib. 1. c. 7. par. 3. lib. 2. cap. 2.

* Vide To. 3. lib. 5. c. 2.

* S. Tho. 2. 2. q. 1. ad 1.

* Rom. 10. 17.

ad peccati, & diaboli jugum excutiendum, Christi vero suscipiendum, allicitur humanus animus, vel aeterni supplicii comminationes, quibus salubriter concutitur, ac retortur, non sine religiosa de Deo, atque Christo cogitatione, & honorifico iudicio, ac placendi desiderio peccatores commovent, & paulatim convertunt: necesse est inesse tacitum quemdam illis permotionibus amoris affectum, ac desiderium tanti, cuius compotes esse cupiunt, & quo carcere metuunt, boni.

Quamobrem illud adversus novam factionem ante omnia retinendum est; amorem iustitiae generatim universae sumptae, quam caritatem, dilectionemque iustitiae, aut etiam Dei, nonnumquam vocat Augustinus, ad omnia virtutum Christianarum genera pertinere, atque omnes pios, & honestos complecti voluntatis affectus, qui ex Christi gratia derivantur; & hunc ipsum amorem iustitiae alias perfectum, alias imperfectum, & inchoatum exprimi ab eodem Augustino.

VII. NEQUE vero, quod isti falso existimant, iustitiae, cuius amorem caritatis nomine afficit Augustinus, Deus est ipse proprie, & explicite, & ut Scholae loquuntur, formaliter obiectus: sed confusus, & *divisus*, ac vi, five, ut eadem barbariflantes Scholae dicere amant, *virtualiter*. Quod dupliciter evenit. Primum quatenus boni omnis, praesertim honesti, & virtutis proprii, fons & origo est Deus, idque peculiari quadam ratione, & voluntate in nobis efficit. Deinde quod istiusmodi voluntatis impetus, & motiones ex fide, & antecedente Dei, eiusque mandati notitia; tum affectu in illum pio, ac benevolens, uti paulo ante diximus, existunt. Unde consequens voluntatis electio, qua liberet iustitiam illam & honestatem qualemcumque arripit, vi praecedentis illius instinctus gratiae in Deum tendit, & adjectum habet cum honesti desiderio, Dei ipsius amorem, ac sensum excellentiae illius, aut indulgentiae, ac bonitatis, aut severitatis ac iustitiae. Quemadmodum ubi semel agitatum est ventis mare, etiam illis interqueficientibus, unde tamen adhuc tremulae sunt, & carum post ventum quoque *volutatio* est, ut ait Seneca.

Est itaque laudabilis, & honestus ille affectus animi qui & ex Christi gratia, non ex propriis naturae viribus oritur; & ad hoc tendit, quod honestum est, ac legitimumque Dei consentaneum: nec ulla peccandi voluntate maculatur. Qua triplici conditione notata & perfecta, scies quid inter timorem illum servilem, ac vitiosum, quem amor iustitiae opponit Augustinus, & hunc ipsum interit, quo iustitia propter se diligitur, & omnes Armacanonum insultus fractos, debilitatosque senties.

VIII. ETENIM quod ad primum de tribus attinet, jam illud praemonuimus, motionem illam voluntatis rudem & inchoatam, qua primitus a peccato respicimus, & ad Deum nos convertere volumus, si ex divino instinctu, & Christi gratia in nobis efficitur, peccandi voluntatem excludere, & initium quoddam esse iustitiae, cuius amorem in sese complectitur. Nemo enim iustus esse cupit, nisi volens, & amans ejus, quam desiderat, iustitiae. Cui contrarius est affectus ille, qui propriis viribus nititur, & iustitiam non quae ex Deo est, sed suam persequitur. De quo ita scribit Augustinus: *Legem Dei propositam quisquis numeris, & suis viribus eam implere se posse putaverit, & fecerit quod lex jubet, non amando iustitiam, sed timendo poenam; fuit quidem secundum iustitiam, qua ex lege est, homo sine qua, non furatur, non adulterat, &c. Potest hoc, potest fortassis. Unde? Timore poenae, quamquam qui timore poenae non concupiscit, puto quia concupiscit. Timore ingenti armorum, atque telorum, & circumstantis forsitan multitudinis, vel ubi am curis, etiam leo revocatur a praedae: Et tamen leo venit, leo redit: praedam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis es, adhuc iustitia tua est; qua iustitia tibi consulti, ne torqueris. Tum cetera perextit, quae supra capite octavo descripsimus. De illo igitur timore, & voluntatis motione loquitur Augustinus, quae est iustitia nostra, hoc est humana, & inestis a natura viribus acquisita; non autem Christi excitata gratia. Cujus tanta vis, & efficacitas non est, ut peccandi consilium, ac voluntatem tollat, sed ut premit tantum, ne in actionem prodeat; cum interitus, & in animo eadem interim voluntas haereat, delictum, si impaneret, reipsa perpetrandi.*

IX. Sic in libro Expositionis epistolae ad Galatas, de utroque animi statu differens, priorem, qui sub lege est ante gratiam, ita describit; quando prohibetur quidem, & conatur a peccato abstinere se, sed vincitur: quia nondum iustitiam propter Deum, & propter ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi vult ad conquiendam terrenam servare. Itaque ubi videris ex alia parte ipsam, ex alia commodum temporale, trahitur pondere temporalis cupiditatis, & relinquit iustitiam: quam propterea tenere conabatur, ut haberet illud, quod se nunc videt amittere, si illam tenuerit. Haec est humana, & carnalis iustitia; qua cum peccandi deliberata voluntas, & cupiditas manet. Sequitur altera. Tertia est, inquit, *vita sub gratia*, quando nihil temporalis commodum iustitiae praeparatur: quod nisi caritate spirituali, quam Dominus exemplo suo docuit, & gratia donavit, fieri non potest. Huiusmodi est non perfecta solum voluntatis motio, qua Deum propter se ipsum, five increatum bonitatem, & iustitiam diligit: sed etiam qualemcumque honestatem, & iustitiam; hoc est virtutis opus, officiumque confectatur; non ex proprio innatoque impetu; verum ex divino sancti Spiritus instinctu, atque ex Christi gratia. Tunc enim iustitiam ipsam propter se amat: eo quod illud eligit, & affectat, quod Deus praecipit, & ad quod hortatur ipsum, atque excitat: nec temporale commodum iustitiae anteponit illi. Neque enim Deum offendere vult: sed ad eum potius sese convertere, & cum illo in bona esse gratia: tamen nondum ad perfectum amor illi pervenerit: quoniam praeter Deum aliquid commode sui; non tamen adversus Deum, vel supra Deum, amando persequitur.

X. QUIPPE aliud est oriens & inchoata iustitia, si ve honesti amor, & iusti: aliud robusta, atque perfecta: cum tamen utraque iusta, & honesta sit voluntas, hoc est caritas: ac per priorem impetretur postea.

Per fidem enim confugimus ad misericordiam Dei, ut det quod jubet, atque inspirata gratia suavitatem per Spiritum sanctum faciat plus delectare quod praecipit, quam delectat quod impedit, &c. Ut anima sanata, non timore poenae, sed amore iustitiae operetur bonum. Solet autem Augustinus amorem iustitiae vocare perfectum illum, & robustum, ac delectatum: ut & gratiam: quemadmodum eodem in libro, unde locus ille sumptus est, cum paulo post, per fidem impetrari gratiam asserit contra peccatum; &, fidem impetrare gratiam, qua lex impleatur, qua gratia sanatur voluntatem, qua iustitia liberatur. Et ad simplicianum, Nisi vocandam (ait) praecedat misericordia Dei, nec credere quisquam potest, ut ex hoc incipiat iustificari, & accipiat facultatem bene operandi: quod ipsum alibi passim repetit: ut nos supra demonstravimus. Pessimè igitur ex similibus Augustini testimonio argumentantur Armacani, primos illos animi affectus, quando spe divinae bonitatis erecti, vel metu sempiternae mortis excitati, a peccato respicimus, & ad Deum abjecta peccandi voluntate revertimur; non esse honestatis, vel iustitiae dilectionem. Quoniam haec ipsa dilectio posterioris, quasi fructus, ac merces prioris illius propositi conceditur. Qua ex illorum ratiocinatione perinde sequitur, fidem non ex Christi esse gratia: quandoquidem per fidem impetrat gratiam non minus affirmat: quam & iustitiae dilectionem nominat.

* August. rior. de Spir. & in. cap. 11.

* Lib. 2. c. 30. Synesi. ep. 4. p. 169.

* Lib. 1. ad Simplicianum. ca. 2. To. 4. p. 169.

* Aug. de verb. Apo. c. 6.

CAPUT XI

De Tridentini Concilii sententia, & decreto super Contritione. 1. Novorum Dogmatistarum falsa illius expositio. 2. Contritio univ[er]se proposita, & definita primum a Synodo, tum in duas species divisa. 3. Describitur caput quartum Sessionis XIV illius Synodi. 4. Tum nova secta in eo explicando flagitia describuntur. 5. Quae quidem reselluntur. 6. Maxime auctoritate Doctorum, qui Tridentino Concilio interfuerunt, ut Dominici Soti. 7. Timothei Andree Vegae, 8. necnon aliorum.

REVOGANDA jam nostra disputatio est ad id, quod noni capitis initio explicare coeperam; a quo necessarius de causis paulullum eram digressus, ut nonnulla praemoliret ac prastruerem, quae novi Dogmatis arcana scrutantibus multum lucis allatura videbantur. Quibus expositis repetenda sunt illa modo, quae de peccati odio, ac detestatione ex gehennae me-

tu, & similibus de causis suscepta, nono illo capite obiter injecta sunt: & communis propugnanda Christianorum est sententia; quam & Tridentinae auctoritate Synodi comprobata esse docui; frustra contradicentibus Armacanis, quorum si ulla in re, in illius certe interpretando Concilii decreto, non est tolerabilis; neque sine castigatione praeterendus error. Sic enim illi disputant, in Sessione XIV, capite quarto; ubi de Contritione, quae una est de tribus Sacramenti Penitentiae partibus agitur; docere Synodum illam; Contritionem, qui est dolor ob commissum peccatum, ex vera, propriamque dicta caritate profectus, necessarium esse preparationem ad veniam delictorum Sacramentali absolute capendam. Falli vero omnes, ac decipi; qui Attritionem existimant, citra Sacramenti quidem usurpationem, non impetrare delictorum gratiam: in Sacramento vero, ad eandem obtinendam sufficere. Si quidem Attritionis nomine, cui tantam vim tribuunt, falso istos intelligere motum illum voluntatis, quo ex timore poenae sempiternae, vel illecebrae quapiam alia, quae sincera caritatis, ac verae dilectionis Dei propter se propria non est, peccatum averfantur, deque eo perpetrato dolorem capiunt. Nam longè fecus decrevisse Concilium affirmant; ac disertè significasse, solam Contritionem, quae ex amore Dei puro, ac vero, & ipsiusmet gratia, sine respectu ad rem quancumque creatam, impulsu nascitur, tum ad Baptismum capefendum, tum ad Sacramenti Penitentiae fructum emendandum prorsus esse necessariam.

II. Haec vero quam absurda, & a Tridentinorum Patrum aliena mente sit opinio, nihil est argumentis probare necesse. Sola capitis illius quarti sectionis decima-quarta lectio vacuis ab livore ac pervicacia, & utcumque iudicio, ac ratione utentibus persuadere potest, alia omnia pronunciale synodum illam; & ut in vetera est in Ecclesia Catholica fidelium sensus, Contritionis genus, quod univ[er]se pium omnem, & Christianum dolorem ob commissam delicta continet, illic bifariam dividi: ut sit alia contritio nondum caritate perfecta, quae ex peccati turpitudine, vel ex gehennae, & poenarum metu communiter concipitur, quae Attritio vulgo dicitur: alia sit caritate perfecta, quae commune generis nomen proprium sibi facit, & Contritio nominatur. Quarum prior citra Sacramentum idonea non sit ad peccatorum percipiendam relaxationem, ac veniam: in Sacramento vero Penitentiae satis esse possit: posterior autem etiam extra sacramentum hominem Deo reconciliet, sed cum obeundi sacramenti voto, ac proposito. Haec summa est Tridentini decreti; quod nuperi isti Theologi prava, & violenta interpretatione detorqueant. Ac tota illorum ratio puerilis, & sophistica calumniae fucum facit imperitis, aut parum attentis Lecturibus. Quem ut oculis omnium subijciam, totum ipsum Tridentinae Synodi caput exscribam. Non enim aliter aut illorum intelligi fallacia potest: aut quae adversus hanc a nobis sunt dicenda percipi.

TRIDENT. CONCILII SESSIONIS XIV

CAPUT IV.

DE CONTRITIONE.

III. CONTRITIO, quae primum locum inter dictos Penitentiae actus habet, animi dolor, ac detestatio est, de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius: & in homine post Baptismum lapsi ita demon preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinae misericordiae, & voto praestandi reliqua conjunctus sit; quae ad vitam suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc Contritionem, non solum cessationem a peccato, & novam vitam propositum, & inchoationem; sed veteris etiam odium continere, juxta illud: Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus praevicacati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum. Et certe qui illos sanctae Synodi clamosos consideraverit; Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine

rudine anima mea, & alios hujus generis: facile intelliget, eos ex vehementi quodam amara vita odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet præterea, esse Contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur: ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam verò Contritionem imperfectam, que Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communitur concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; declarat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verumetiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo penitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Est quavis sine Sacramento Penitentia per se ad justificationem peccatorum perdurare nequeat; tamen eum ad gratiam in Sacramento Penitentia impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter concessi Nivrota ad Jona prædicationem, plenam terroribus penitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falsò quidam calumniantur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint, Sacramentum Penitentia, absque bono motu suscipiendum, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensu. Sed & falsò docent, Contritionem esse extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.

IV. IN illo Tridentini Concilii capite perspicue communis illa, quam exposui supra, sententia continetur de duplici dolore, altero imperfecto, qui Attritio dicitur, altero perfecto, quem Contritionem vocant, cum idem sit & hujus speciei, & totius generis vocabulum. At nova Theologia Synodali decreto, ejusque verbis intolerabili audacia vim faciens, inde istud colligit, * Nunquam justificationis gratiam sine

* To. 3. extra Sacramentum, sive in Sacramento tam Penitentia, quam Baptismi, adultis dari, nisi Contritio antecedit. 34.

Quod ex Concilii verbis probare sic pergit. Primum enim materiam Sacramenti Penitentia Contritionem esse statuit. Hanc autem definit sic, ut sit animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: cujus etiam motus quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum fuisse necessarium affirmat. Porro hanc eandem contritionem non solum vita nova propositum, & inchoationem, sed & veteris odium continere docet. Quod probat ex illis Scripturis, que postulant, ut faciamus nobis cor novum, & spiritum novum. Quibus, & aliis adjunctis ibidem verbis, veram ab Concilio descriptam esse Contritionem defendit. Nam illa est, inquit, que cor novum, & spiritum novum facit. Illa odium anteacta vite, vehementerque peccati detestationem continet.

His animadvertis, affirmare Concilium ait, talem à se descriptam Contritionem, hoc est veram aliquando caritate perfectam esse ante Sacramentum, hoc ipso indicans sepe non esse caritate perfectam ante Sacramentum. Quod non alia ex causa dicit, nisi quia quadam est Contritio veri nominis, & rationis, & essentia, que tamen non nisi cum Sacramento ad justificationem acquirendam sufficit. Quam attritionem subinde nominat. Significat ergo Tridentinum, istam attritionem esse veri nominis, & rationis contritionem, sed, uti nominat, imperfectam. Nam quidquid ad contritionem in definitione requisiverat, isti imperfecta contritioni, sive attritioni convenit. Duo quippe ad contritionem necessaria postulaverat, animi dolorem, ac detestationem de peccato commisso, & propositum non peccandi de cetero. Utrumque verò disertis verbis isti attritioni tribuit. Nam primo in eodem loco postulat, ut voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; & canone quinto, qui ex illo decreto sumptus est, detestationem peccatorum ei tribuit, cum proposito melioris vite. Quæ sunt ipsissima, que ad contritionem requisiverat, & quibus duabus conditionibus ab hujus imperfecta contritionis, sive attritionis essentia rejicitur omni illa attritio, que ex solo timore pœnæ, sive temporalis, sive aternæ proficitur. Hæcenus novi Dogmatistæ.

V. Atque plenissimè constat, distorqueri ab illis Concilii verba, & aliorum prava, & ludicra interpretatione compelli. Nam Contritio initio capitis illius quarti, tamquam genus constituitur; cujus species est duplex, perfecta scilicet, & imperfecta. quarum illa propriè Contritio; hæc Attritio paullò post vo-

catur. Quæcumque ergo de Contritione dicit Synodus, usque ad illa verba; Docet præterea, &c. ad Contritionis genus pertinent, & utrique speciei conveniunt. Nam & Attritio animi dolor est, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: nec aliter à Contritione perfecta differt, quam objecto, quod motum nominant, ut disertè Concilium in sequentibus declarat, dum ait, Attritionem ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communitur concipi, tum voluntatem peccandi excludere, cum ex impulsu Spiritus sancti oritur; cujusmodi est illa, de qua hic agimus, & que sola pars est Sacramenti Penitentia. Hæc enim vita nova propositum inchoat, & à peccato cessationem, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communitur concipi, tum voluntatem peccandi excludere, cum ex impulsu Spiritus sancti oritur; cujusmodi est illa, de qua hic agimus, & que sola pars est Sacramenti Penitentia.

Hæc enim vita nova propositum inchoat, & à peccato cessationem, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communitur concipi, tum voluntatem peccandi excludere, cum ex impulsu Spiritus sancti oritur; cujusmodi est illa, de qua hic agimus, & que sola pars est Sacramenti Penitentia. Hæc enim vita nova propositum inchoat, & à peccato cessationem, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communitur concipi, tum voluntatem peccandi excludere, cum ex impulsu Spiritus sancti oritur; cujusmodi est illa, de qua hic agimus, & que sola pars est Sacramenti Penitentia.

Porro ad hæc consequens est, attritum fieri posse contritum per hoc Sacramentum. Nam attritum communitur in schola vocamus dolentem imperfectè de peccatis suis; contritum verò quemcumque vel perfectè dolentem de ipsis, & quantum sufficit ad recuperandam gratiam, vel habentem dolorem de peccatis conjunctum alicui, cum quo sufficit ad gratiam. Et quia concedendum videtur, omnem contritum habere contritionem, quovis quæstio sit de nomine, concedere possumus, attritionem fieri contritionem extrinsecè propter superveniens sacramentum: quia ille actus, qui ante ipsius susceptionem erat attritio, invariatus manens, dicitur fieri contritio, quoniam ad reparandum lapsum tantum valet cum Sacramento, quantum actus, qui ex se, & sua perfectione ad id satis esset per Dei misericordiam, & intrinsecè est contritio.

VIII. VIDES quod fuerit Synodi Tridentinae de Attritione iudicium, quàmque ab Armacana novitate diversum; & cum illa, quam adversus hanc defendimus, communi opinione consentiens. Nam dolorem illum, qui de peccatis ex imminentis pœnæ metu capitur, & non quatenus sunt offensa Dei, Attritionem ab illa nominari lynodò Vega testatur: eandemque Sacramenti Penitentia idoneam esse materiam; hoc est sufficientem esse preparationem animi, ad percipiendam Sacramenti, & Sacerdotalis Absolutionis beneficio peccati veniam, & justificationem: quam per se, & extra Sacramentum obtinere non potest. Itaque tunc primam ait gratiam, hoc est justificationem, conferri in hoc Sacramento, cum in solam cadit Attritionem, & dolorem imperfectum: non ut in altera specie, hoc est perfecta

Alter est Dominicus Soto, qui in Commentariis ad quartum sententiarum, luculenter omnia illa confirmat, que adversus Armacanos, pro communi Christianorum omnium sensu, id est anticipata, & divinitus inspirata sententia, disputavimus; & Tridentini decreti consuetam ab illis interpretationem, minimèque coherentem redarguit. Ejus verba necessariò loco hoc describenda sunt.

* Nominè attritionis, inquit, solam illam detestationem intelligimus, que per se non sufficit ad delendum peccatum, sufficit tamen cum Sacramento. Nominè verò simpliciter Contritionis, illam, que per se sufficit sine Sacramento: que quidem est simpliciter conversio in Deum. Ex his primam sequitur, quod Contritio, & attritio convenire debent non solum in hoc, quod utraque sit detestatio peccati super omne detestabile: verum & in absoluto proposito nunquam peccandi pro aliqua re mundi. Probat, quoniam aliàs ille actus neque cum Sacramento sufficeret. quare non est nominè attritionis dignus. Igitur illam velleitatem impænitentium non est cur attritionem appellemus: nam est de præterito peccato sufficit volitio illa conditionalis, nollem peccasse: tamen absoluta requiritur voluntas excedendi à peccatis, atque adeo nunquam in futurum peccandi.

Mox utriusque differentias colligit: quarum prima sumitur, ait, ex parte objecti; quod contritio est dolor de offensa Dei: seu, quod idem est, propter Deum: Attritio verò dolor peccati ob timorem inferni, aut aliorum nocentiorum temporalium. Secunda sumitur ex parte causæ; quod attritio oritur ex timore servili pœnarum: contritio verò ex timore filiali: ut Dist. 14. qu. 2. art. 5. monstravimus.

VII. ANDREAS Vega in libro XIII de Justificatione, ex Tridentini Concilii, cui & ipse interfuit, sensu, de Contritione, ejusque duplici forma, perfecta scilicet, & imperfecta, copiosam orationem explicat.

* Ac primùm rationem affert, cur Synodus, cum de Penitentia, ejusque partibus ageret, Contritionem universè detestationem peccatorum appellaverit, etsi communis est in schola Contritionis vocabulum. Nam statim Patres cor, quod detestatur peccatum, cor contritum vocaverunt.

Sic

Sic igitur causam illius exponit. Ea verò ratione, communiori hoc detestationis nomine usi videntur, NE ATTRITIONEM, QUÆ IMPERFECTUS EST DOLOR DE PECCATIS, A PARTIBUS PENITENTIAE VIDERENTUR EXCLUDERE.

Idem capite toto XXXIII satis indicat, Attritionem in Sacramento Penitentia idoneam esse materiam, ac dispositionem ad recuperandam gratiam & justitiam; quòd tunc superveniens Sacerdotis Absolutio peccatorem justificat, & ex Attritio facit contritum extrinsecè propter superveniens sacramentum. Sed auctoris integrum locum præstat hic describere: Tunc dumtaxat (ait * capite xxxiv libri XIII) concedendum est, primam gratiam conferri in hoc Sacramento, cum quis dolet de peccatis timore pœnæ imminentis, vel propter mala alia ex eis secuta, vel propter turpitudinem ipsorum, vel denique alia quovis ratione, & non quatenus sunt offensa Dei.

Porro ad hæc consequens est, attritum fieri posse contritum per hoc Sacramentum. Nam attritum communitur in schola vocamus dolentem imperfectè de peccatis suis; contritum verò quemcumque vel perfectè dolentem de ipsis, & quantum sufficit ad recuperandam gratiam, vel habentem dolorem de peccatis conjunctum alicui, cum quo sufficit ad gratiam. Et quia concedendum videtur, omnem contritum habere contritionem, quovis quæstio sit de nomine, concedere possumus, attritionem fieri contritionem extrinsecè propter superveniens sacramentum: quia ille actus, qui ante ipsius susceptionem erat attritio, invariatus manens, dicitur fieri contritio, quoniam ad reparandum lapsum tantum valet cum Sacramento, quantum actus, qui ex se, & sua perfectione ad id satis esset per Dei misericordiam, & intrinsecè est contritio.

VIII. VIDES quod fuerit Synodi Tridentinae de Attritione iudicium, quàmque ab Armacana novitate diversum; & cum illa, quam adversus hanc defendimus, communi opinione consentiens. Nam dolorem illum, qui de peccatis ex imminentis pœnæ metu capitur, & non quatenus sunt offensa Dei, Attritionem ab illa nominari lynodò Vega testatur: eandemque Sacramenti Penitentia idoneam esse materiam; hoc est sufficientem esse preparationem animi, ad percipiendam Sacramenti, & Sacerdotalis Absolutionis beneficio peccati veniam, & justificationem: quam per se, & extra Sacramentum obtinere non potest. Itaque tunc primam ait gratiam, hoc est justificationem, conferri in hoc Sacramento, cum in solam cadit Attritionem, & dolorem imperfectum: non ut in altera specie, hoc est perfecta

contritione accidit, que etiam ante Sacramentum primam gratiam representat; sive peccati veniam, infusivè nemque justitiam. Ex quo vulgare dictum illud interpretatur, Sacramentum ex attrito reddere contritum: quoniam illius ope Penitens, cum attritione sua, fructum eundem reconciliationis aufert, & justitiam, quem extra Sacramentum perfecto dolore, sive contritione propriè dicta retulisset.

Hæc igitur Tridentinorum Patrum sententia Vega teste fuit, adamussim cum nostra congruens, & ab Armacano commento tantum distans; *Tom. 2. cap. 15. d. 2. p. 145.*

His accedit * auctor Commentarii de historia Concilii Tridentini, Catholicæ alioqui partis apertus hostis: qui in libro quarto, cum de Synodi Decreto agit, de que Contritione, & Attritione, eodem profusè modo, quo superiores illi duo, & nos adeo, mentem illius interpretatur.

IX. PRÆTER hos adjungi possunt ejusdem seculi Scriptores non pauci: qui contra Lutheri recens exortam hæresim eadem armati doctrina dimicaverunt. Ut inter alios Ruardus Tapperus Lovaniensis olim Doctor, & Academia Cancellarius: qui in Expositione, ac defensione Articuli quarti Lovaniensis, Attritionem perinde sufficientem docet esse preparationem ad justificationem in Sacramento Penitentia capiendam: Sacramentum, quovis oritur ex timore pœnarum spiritualium, vel aternarum, que lumine fidei cognoscuntur. Hanc enim Doctores Scholastici (ait) propriè Attritionem vocant. Quam * deinde citra Sacramentum negat idoneam esse ad peccati veniam obtinendam: verum accedente sacramentali absolutione, gratiam & sanctitatem infundi: eoque modo intelligendum esse, quod vulgò dicitur, sacramentum ex attrito facere contritum.

Quam tralatitiam Scholarum doctrinam eodem modo explicat, & propugnat adversus Lutherum * Joannes Fischerus Rossensis Episcopus; pietate vir, & doctrina longè celeberrimus. Quod & antea scriptis prodiderat Joannes * Gerfonius, & ante hunc * S. Thomas ex Juris Canonici consultis, qui Tridentinorum Patrum æqualis fuit Martinus Navarrus in Manuali capite primo, §. 42, & 43. Atque hæc, ut jam dixi, vulgò & in Theologorum scholis, & in Ecclesiæ pulpitis, & in usurpatione Sacramenti Penitentia, apud Catholicos inveteravit opinio.

